

si. Duo præter hæc genera. Vtrunq; apud me est. Ex Bouillis oppidanus nostris adiutus medicamentis eminxit vitreum, sanè ex illa nobili Praxagoræ pituita: dum mingeretur, albuminis mollitie, emissum nitri duritia ac splendore. Senatoris filius eiecit, pultis modo multos, ac maximos: quæ aëris cōtactū postea in gypseam tum speciem tum firmitatem concreuêre. Hic quoq; nunc rectè valet, Scaliger.

Toforum & capillorum qui concrescunt in renibus, pars est generationis modus, Galenus *Commēt. i. in lib. 6. Epidem. cap. 5.* In renibus Ferdinandi Imperatoris defuncti, calculos multos reperunt medici, sicut & in vesica: & dum viueret interdum supra triginta, sine vilo dolore, cum exiguo ardore emingebat. Non tamen hoc morbo consumptus obiit, sed maioribus causis. nam dum medici postridie à morte intestina atq; viscera eximerent, omētum aliqua ex parte cor-

Vu 2